



Speſtatori Candido,

JOHANNES GERLINUS, Bibliopola Ulm.

S. P.



Hſi quidem, Candide Lector ac Speſta-
tor, celebratiſſima illa Bayeriana Vranometria,
binis abhinc vicibus excuſa in lucem prodit:
Distractis tamen exemplaribus omnibus, et
plures jam annos novam reiterationem avidè
expectari, non ſemel tantùm mihi compertum
eſt. Ut igitur illorum deſiderio tandem ſatiſfiat, En ! tertiam edi-
tionem, meis ſumptibus procuratam. Ipſam quod ſpeſtat, ſcis, hâc
ipſâ verbum non additum, non immutatum, non neglectum à
prioribus, ſed ſumma diligentia cautum eſſe, iſtis ut ubique con-
veniat & correſpondeat in omnibus. Characterum autem Imagi-
nibus, literali ordine in dextro earum inferiori angulo ſignatis,
inſculptorum, explicationem, propterea ſeorſim & hac ipſâ for-
ma edidi, quò perpetua paginarum inverſio impedimento non
ſit, & liber hic complicatis & explicatis foliis ad lubitum com-
pingi, imò incompactus reſervari, & quæ ex Imaginibus una vice
uſui ſunt, exemi, facilius circumgeſtari, & ſic elevata ſuperficiem
Cœli concavam, dexterius repræſentari poſſint. Quæ ut Lector
boni conſulat, & animum opera Dei divulgandi, & ſtudia homi-
num juvandi ſentiat, velim.

Cætera **C**ariſſ. D. Autoris Verba informabunt, ut & Imagi-
num, certe ardua ab ingenioſiſſimo Artifice Dn. Alexandro Mai-
ro, cura ac ſedula ſedulitate in æs olim incifarum, inſpeſtio & con-
ſideratio declarabunt, quibus pro laborioſiſſimo hoc, ante nun-
quam ſatis laudando labore, meritò omnes Philomusi & Astro-
phili æternas gratias debent.

Lector Candide ſalve iterum, ac vale !

PARS